

De premonstratenzers en visitator Corselis

IV *

SUMMARIUM

Ea quae egit et intendit Corselis ad hoc ut formatio religiosa et theologica optima forma fieri posset, fuse considerantur. Et per maximam partem laudantur. Non reticendo obstacula finanziaria et alia, quae impediunt quominus intenta singula visitatoris Corselis ad bonum finem deduci potuerint.

NABESCHOUWING

Na de Franse Revolutie stelde zich in verschillende Europese landen het probleem van de restauratie van de kloosters van de exemptie reguleren. Het benoemen van een apostolisch visitator gebeurde daarom niet alleen in België. De omstandigheden schonken aan die benoeming toch een eigen « Belgisch » karakter.

Voor kardinaal Sterckx, aartsbischop van Mechelen (1832-1867) zou hiertoe bijdragen. De politieke veranderingen die Europa na 1780 onderging, bleven niet zonder invloed op de kerkelijke toestanden en ook niet op de opvattingen over de kerkelijke organisatie. Bovendien bevond België zich na 1830 in een volkomen eigen en nieuwe situatie : een nieuwe staat was ontstaan. Sterckx wenste in deze nieuwe staat ook een nieuwe Kerk te vestigen. Nu men zich verlost voelde van eeuwenoude dwangbuizen, wenste hij ook de Kerk te bevrijden van alle elementen die beschouwd werden als « verouderd ». De exemptie van de reguleren was er één van. De politieke onafhankelijkheid en zelfstandigheid had ook het verlangen naar kerkelijke onafhankelijkheid en zelfstandigheid versterkt. Dit verlangen weerspiegelt zich het duidelijkst, niet alleen bij Sterckx, maar ook bij andere bisschoppen en zelfs bij politieke leiders in de afwijzende houding tegenover een nieuwe

*) *Analecta Praemonstratensia*, XLVI, 1970, 61-73 ; 264-298 ; XLVII, 1971, 67-108.

nuntiatuur te Brussel ¹⁾. Steunde deze houding gedeeltelijk op het principie van de verworven scheiding tussen Kerk en Staat, een groter zelfbewustzijn en een diepere overtuiging van de geestelijke macht bij de bisschoppen waren er zeker niet vreemd aan. Het pauselijk gezag had tijdens de Franse Revolutie en vooral door de gevangenschap van paus Pius VII door Napoleon een zware deuk gekregen. De bisschoppen waren dikwijls verplicht geweest zelfstandig te oordelen en te handelen. Hierdoor werd de band met Rome losser en het bisschoppelijk gezag steeg aanzienlijk. Sterckx en de overige bisschoppen overtuigd, van de gunstige positie van de Katholieke Kerk in hun land, wilden deze gelegenheid te baat nemen om de zielzorg te intensifiëren en het openbaar leven op christelijke grondslag op te bouwen. De Franse Revolutie had immers veel schade berokkend aan het kerkelijk leven en aan het christelijk denken. Pastoraal en onderwijs dienden deze schade te herstellen. Met nieuwe ijver moest er gewerkt worden, niet aan het herstel van het verleden, maar aan de opbouw van een nieuwe toekomst. Vooral hierin heeft Sterckx zich onderscheiden, dat hij zijn dynamisme heeft ingezet voor de noodzakelijke aanpassingen en niet leed aan een « achtervolgingscomplex », zoals sommige pausen en bisschoppen na de Franse Revolutie ²⁾.

Ook de afschaffing van het privilege van de regulieren viel, volgens kardinaal Sterckx, onder deze noodzakelijke aanpassingen; hij beschouwde het als « verouderd ». Er zouden immers weer enclaves komen in het juridictie-gebied van de bisschoppen, want de hogere oversten waren voor hun leden wat de bisschoppen waren voor hun diocesanen : elke hogere overste van de regulieren was een « ordinarius » over al zijn leden met hun huizen en kerken. Nochtans waren erediensst en apostolaat sinds het concilie van Trente reeds aan een zekere controle vanwege de bisschoppen onderworpen. Men mag zich de vraag stellen of Sterckx bij zijn verlangen naar de afschaffing van de exemptie de juiste verhoudingen zag. De exemptie was inderdaad een oud privilege sinds de VI^e eeuw in gebruik gekomen en sinds de XII^e eeuw algemeen verspreid. Het bewees zich toen als een uitstekend middel om sommige religieuze hervormingen, die vooral van de kloosters uitgingen, gemakkelijker te kunnen doorvoeren en te verbreiden, vrij van in-

¹⁾ A. SIMON, *Documents relatifs à la nonciature de Bruxelles (1834-1838)*. *Analecta Vaticano - Belgica*. II, C. Nonciature de Bruxelles, II). Brussel-Rome, 1948; bl. 24.

²⁾ G. BERTIER DE SAUVIGNY, *De Kerk in het tijdperk van de Restauratie (1801-1848)*. *Geschiedenis van de Kerk*, uitg. o.l.v. L.J. ROGIER, R. AUBERT en M.D. KNOWLES, (deel 8). Hilversum - Antwerpen, 1965. bl. 199.

menging van leken-heersers en van te wereldsgezinde bisschoppen. De hervormingsbeweging van Cluny zou nooit die invloed hebben kunnen uitoefenen, indien de abdijen dit privilege niet bezeten hadden. De Orden over het algemeen zouden nooit die uitbreiding gekend hebben, de Jezuïeten - alle verhoudingen in acht genomen - zouden nooit de Reformatie in die mate hebben kunnen beperken, de missieactiviteit zou nooit die bloei gekend hebben zonder het privilege van de exemptie.

Zijn veel argumenten historisch geconditioneerd, een blijvende efficiënte leiding van een internationaal georganiseerde kerkelijke gemeenschap vraagt een zekere onafhankelijkheid ten opzichte van de plaatselijke bisschoppen. De eenheid van het kloosterleven volgens een eigen regel is moeilijk houdbaar zonder een eigen bestuurshiërarchie. Dit neemt niet weg dat de uitoefening van het apostolaat binnen en buiten het klooster diende te gebeuren onder de leiding van de bisschoppen. Op dit terrein was verstandhouding en samenwerking noodzakelijk. Te Rome begreep men dit verlangen van de bisschoppen en daarom wilde men ook de regulieren niet meer herstellen in hun oude rechten om weer zelfstandig te kunnen beschikken over parochies.

Terwijl Sterckx een scherper oog had voor de toekomst, keken de meeste regulieren meer naar het verleden. De omstandigheden brachten dit met zich mee. Door de gebeurtenissen van de voorbije jaren waren zij immers in het defensief gedrongen. Alles was hun ontnomen geweest, tot het bestaansrecht toe. De politieke instanties hadden ernaar gestreefd de « nutteloze » kloosters volledig te laten verdwijnen. Dit bond de regulieren aan hun verleden, aan hun vroegere bestaanswijze en tradities. De meesten hadden zich gedurende de veertig jaren van hun verblijf buiten de communiteit volledig aangepast aan hun nieuwe situatie en ofschoon het overgrote deel toch een herstel van hun kloosters wenste, weinigen zouden nog in staat zijn en de moed opbrengen om het kloosterleven te hernemen. Psychologisch eiste dit ook een grote omschakeling om op een leeftijd van zeventig of tachtig jaar, na veertig jaren zelfstandig leven, een gemeenschappelijk leven op zich te nemen in armoede en gehoorzaamheid. Zij die het toch aandurfd en de inspanningen deden om zich opnieuw aan te passen aan een vaste levenswijze volgens regel en constituties, verdienen des te meer eerbied en waardering. Zij moesten aanknopen met een traditie die soms meer dan veertig jaren lang onderbroken was. Zij wensten het kloosterleven in zijn inwendige en uitwendige vorm weer zoals het voorheen geweest was. Slechts langzaam zouden zij tot het bewustzijn komen dat een eenvoudig herstel van het verleden niet mogelijk

was en dat de abdijen en kloosters van de exempten zich ook dienden aan te passen aan de veranderde verhoudingen binnen de Kerk en binnen de maatschappij.

Corselis stond voor de moeilijke taak verleden en toekomst met elkaar te verbinden. Ofschoon zijn uitgebreide volmachten en zijn persoonlijke kwaliteiten en begaafdheid een gunstig klimaat lieten verwachten, lijkt hij niet volledig in zijn opdracht geslaagd te zijn. Niet alle « geïnteresseerden » waren over het verloop en het resultaat van de visitatie tevreden; dit is te wijten aan een samenspel van factoren waardoor de uitoefening van zijn ambt zeer bemoeijkt werd. Vooreerst waren er de spanningen tussen seculieren en regulieren, in het bijzonder geaccentueerd door de principiële stellingname van Sterckx ten opzichte van het privilege van de exemptie. Hierdoor verschaftte hij aan de regulieren een reden om met een zeker wantrouwen zijn invloed en tussenkomsten te bejegenen. Ook plechtige oproepen tot eenheid en samenwerking konden deze spanningen niet doen ophouden. De moeilijkheden die de regulieren tijdens de eerste jaren op alle gebied hadden te overwinnen, droegen er misschien toe bij te overdrijven in hun angstgevoel tegenover de bisschoppen, maar de hele organisatie van Corselis, nl. het kiezen van hulpvisitatoren uit het vicariaat van elk bisdom, kon ook de indruk versterken dat de visitatie door de bisschoppen van zeer nabij werd gecontroleerd. De houding van Corselis tegenover een mogelijke heroprichting van de abdij van Floreffe is toch typerend in dit verband.

Bovendien bevond Corselis zich ook in een moeilijke positie ten opzichte van de nuntiatur. De Belgische clerus werd te Rome verdacht van te grote sympathieën voor de liberale stromingen en van een te grote drang naar zelfstandigheid. Daarom moest de nuntius ten minste een deel van de clerus nl. de regulieren, beschermen tegen een te grote invloed vanwege de bisschoppen en meer op Rome geïntereerd houden. De houding van nuntius Fornari en zijn verwijt aan het adres van Corselis van te grote volgzaamheid ten opzichte van de bisschoppen, toont aan in welke moeilijke omstandigheden hij zijn opdracht diende uit te voeren ³⁾.

De heroprichting en de ontwikkeling van de vijf Premonstratenzerabdijen hebben voldoende aangetoond dat deze omstandigheden niet gunstig waren voor Corselis. Zij toonden echter ook aan dat de regulieren zelf, zowel de generale en provinciale als plaatselijke oversten

³⁾ Zie bijlage N° 7.

en leden van de afzonderlijke abdijen, in hun verlangens en handelwijze de visitator dikwijls miskenden. Het verwijt dat nuntius Gonella uitte, nl. dat Corselis in zijn verslagen naar Rome slechts de materiële en niet de formele toestand van de abdijen beschreef, komt zeker niet overeen met de werkelijke inspanningen van Corselis. Niet het aantal abdijen, niet het aantal leden waren voor hem het belangrijkste, maar wel dat degenen die het kloosterleven aanvaardden, ook observante kloosterlingen en degelijk gevormde priesters zouden zijn. Het waren juist de observantie en de vorming van de kandidaten tijdens noviciaat en studiejaren die hem het nauwst aan het hart lagen. Omdat sommige oversten meer belang hechtten aan de materiële uitbouw van de abdijs, aan een snelle toename van het aantal leden, aan de voortzetting van de eigen abdijs-tradities en soms ook aan het nastreven van persoonlijke belangen, konden de voorstellen en maatregelen van Corselis niet uitgevoerd worden. Misschien heeft Corselis zelfs deze elementen van observantie en vorming tijdens deze beginjaren te zeer beklemtoond, zonder voldoende rekening te houden met de moeilijke omstandigheden waarin de abdijen opnieuw moesten beginnen.

Indien Corselis één fout begaan heeft dan is het de benoeming van professor Verhoeven tot hulpvisitator geweest. Deze was niet de geschikte man om het vertrouwen van de regulieren te winnen, want hij miste, ondanks al zijn bekwaamheden als jurist, het nodige inzicht in en begrip voor het kloosterleven. Corselis liet hem bovendien teveel vrijheid om zelfstandig op te treden, zoals blijkt uit het benoemen van een agent te Rome tijdens het verblijf van de twee Premonstratenzers aldaar en het opstellen van brieven in Corselis' naam zonder daartoe gevraagd te zijn.

Slechts een klein gedeelte van de eens zo talrijke kloosters kwam weer tot leven. Het ontbreken van het nodige aantal leden en van de nodige financiële middelen mogen wel als de voornaamste oorzaken beschouwd worden. De Belgische wetgeving met haar voorbehoud tegen rechts-persoonlijkheid droeg er ook in grote mate toe bij het vormen van nieuwe gemeenschappen tegen te houden. Het mag bovendien eigenaardig lijken dat alleen in het aartsbisdom Mechelen sommige van de Premonstratenzerabdijen herrezen en geen in andere bisdommen. Behalve voor de drie Waalse abdijen (Floreffe : bisdom Namen; Bonne Espérance : bisdom Doornik; Beaurepart : bisdom Luik) die als klein- of groot-seminarie van een bisdom in gebruik genomen werden, is er voor enige tegenkanting vanwege de betreffende bisschoppen geen tastbaar bewijs voorhanden. Waarschijnlijk was het eerder een toe-

vallige samenloop van omstandigheden die het herstel beletten : het ontbreken of de te zware beschadiging van de vroegere abdijgebouwen, het tekort aan financiële middelen en waarschijnlijk vooral het ontbreken van een dynamisch voortrekker.

Salvatorianenkollege

P. FREDERIX, S.D.S.

B - 3580 Hamont.

BIJLAGEN.

Nº 1. *Corselis visitator apostolicus Ordinum regularium in Belgio constituitur.*

Ex sacra Congregatione super Disciplina regulari ad Illmum ac Rmum Dnum Franciscum Thomam Corselis, Visitat. Aplicum Regular. Ordinum in Ditione Belgica.

Illme, ac Rme Domine,

Quum ad opus eximium, ac Ecclesiae Dei maxime fructuosum aggrediendum, restaurandi nempe in Belgarum Regno Cleri Regularis, cujus post tot, tantasque rerum vicissitudines vix equidem supererant vestigia, SSmus Dnus Noster Gregorius, Divina Providentia Papa XIV Amplitudinem tuam prae caeteris assumpserit, et in Delegatum, ac Visitatorem Regularium in memorato Regno per Litteras Apostolicas datas V. Kalend. Julii Anni vertentis renunciaverit, ideo S.R.E. Cardinales super Disciplina Regulari praepositi de hoc singulari fiducia ac benevolentiae testimonio, Tibi a SSmo impertito, Tecum in Domino summopere gratulantur. Nihil sane optabilius, nihil jucundius accipere poterant praedicti Patres, quam Virgam illam olim fructificantem suavitatem odoris, Ecclesiam scilicet Belgarum, ex qua tot prodiere Viri mirae sanctitatis, ac doctrinae celebritate fulgentes, nunc, favente Deo, denuo frondescere, ac flores emittere suos, Ordines nempe regulares, qui eorum numero, varietate, ac splendore Domus Dei decorem, ac ornatum componunt. Certum enim ac exploratum est ad Fidelium mores sive conservandos, sive reparandos illud maxime interesse, ut ii qui Sancti Evangelii consilia se sequi profitentur, imaginem Christi referentes, et ad perfectiora semper tendentes, caeteros ad pietatem, religionem, virtutesque omnes exemplo suarum actionum instituunt. De tua autem prudentia, vigilantia, ac Religionis zelo in Domino confisi, haud dubitant Eminentissimi Patres, quin Familiarum Religiosarum restaurandarumque Alumni in spiritu ambulantibus vocationis, in qua vocati sunt, primis ac purissimis aro-

matibus redoleant, caeterosque post se trahant in odorem unguentorum suorum.

Tuae insuper erga Sedem Apostolicam devotionis jam in epistolis Episcoporum Belgii commendatae nova nunc, ac praeclara exhibent testimonia Litterae, quas huic Sacrae Congregationi consulendae nuper transmisisti. Ut vero tua munera quam citius, quam facilius, ac maximo cum fructu exercere possitis, praedicti Patres ad Te in omnibus adjuvandum, ac favendum omnem curam, omnemque sollicitudinem libenter impendent.

Ad dubia igitur, quae super extensione facultatum Tibi per Litteras Apostolicas concreditarum exorta proposuisti, respondere censuerunt Patres : Circa Primum, quoad Moniales nempe, a Te acceptam delegationem ad illas non extendi, ideoque nihil circa earundem regimen juri communi derogatum esse.

Circa secundum scilicet quoad Patres Societatis Jesu, licet ii utpote Regulares non fuerint nominatim excepti a jurisdictione Tibi per memoratas litteras collata, tamen, inspecta eorumdem disciplina, regulari observantia, ac optimo Superiorum gubernio, attenta etiam praxi in aliis Visitationibus Apostolicis habita, magis expedire visum est, praedictae Societatis Patres relinquere eorumdem Superiorum plenae omnino, et liberae jurisdictioni. Si forte tamen progressu temporis aliquid supervenerit, quod timendum sane non est, ex quo etiam de illorum negotiis Te habere rationem necessarium existimaveris, nihil aggredi, inconsulta hac Congregatione, sacrum Tibi esto. Circa denique Tertium propositum a Te dubium cum variae ac diversae omnino sint inter se facultates Generalium, ac Definitivorum Generalium in diversis Ordinibus, Congregationibus, ideo recurrendum est ad singulorum Constitutiones, ut in quocumque facultates hujusmodi plene cognoscantur.

Interea tamen hic annexum habet Amplitudo Tua album facultatum nonnullarum, quas annuente et approbante SSmo. Dno Nostro, erga omnes, ac singulos Regulares cujuscumque Ordinis sive Mendicantium, sive non Mendicantium, (habita tamen ratione supra memoratae exceptionis) exercere omnino libere ac plene poteris cum potestate etiam easdem tuis Covisitoribus communicandi.

Annexam habet etiam Amplitudo Tua instructionem pro Visitatione Monasteriorum ac Conventuum facilius expedienda exaratam nec non pro Relatione huic Sacrae Congregationi transmittenda, cui nihil magis pergratum erit, quam de rerum gestarum exitu, quem felicem omnino fore in Domino confidit, a Temetipso quandoque admoneri.

Ut autem vel ab initio probe cognoscas quanti tuam sapientiam, tuamque in munere tuo persolvendi solertiam horum Eminentissimorum Consilium faciat, ad Te transmittendas esse decrevit varias a Regularibus Belgii porrectas preces, ut tuam pro singulis informationem, tuumque circa singulos votum referas.

Hinc annexos habes etiam et praefatos Libellos, et nonnulla circa eosdem quaesita, quorum haec Sacra Congregatione a Te responsa expectat, ut quidquid ab Eadem in re tanti momenti erit decernendum, id et mature perpensum, et rite probatum ex locorum etiam, ac temporum adjunctis optime congruum omnino esse possit.

Denique Omnipotenti Deo Te, ac Opus tuum enixis precibus commendans, omnia fausta Tibi adprecor ex animo.

Datum Romae die 23. Septembris 1834.

Aloysius Lambruschini S.C. Praef.

Nº 2. Facultates pro Delegato ac Visitatore Aplco Regul. in Belgio.

1. Monasteria, Conventus, Collegia, Domos, Hospitia, Grancias, Eremos, cujuscumque Ordinis, Congregationis, aut Instituti sive Mendicantium, sive non Mendicantium quomodolibet jam suppressos, restituendi, recludendi, aut instaurandi, in iisdem Religiosos revocandi, dummodo tamen adsint redditus aut Eleemosynae, ex quibus commode sustentari posse dignoscatur, habita etiam ratione (praeertim quoad Mendicantes) aliorum conventuum jam existentium, auditis et vocatis interesse habentibus, et servatis de jure servandis.

2. Visitandi tam in spiritualibus quam in temporalibus, ac Oeconomicis omnia ac singula Monasteria, Collegia, Domos, Hospitia, Grancias et Eremos, in quibus sive permanenter, sive per aliquod etiam breve temporis spatium sint aut commorentur Viri Religiosi cujuscumque Ordinis, Congregationis aut Instituti.

3. Regularem instaurandi Disciplinam, abusus, si qui irrepserint divellendi.

4. Licentiam impertiendi Religiosis jam in communitate constitutis Novitios ad habitum recipiendi, et expleto tyrocinio, ad solemnem Professionem admittendi, taxato eorumdem numero juxta redditus, aut Eleemosynas, ex quibus congrue ali, ac sustentari possint, dummodo tamen Monasterium, aut Conventus sit iam a S. Apostolica Sede

pro Novitiatu adprobatus, et omnia servantur, quae pro recta Novitiorum educatione per Constitutiones Apostolicas, et Ordinis servanda praescribuntur.

5. Dispensandi supra excessum aetatis a Constitutionibus nonnullorum Ordinum statutae pro admissione ad habitum, ac Professionem.

6. Licentiam impertiendi Religiosis plura simul munera exercendi, si hoc necessitas aut utilitas postulaverit.

7. Regulares unius Coenobii ad aliud ejusdem Ordinis transferendi.

8. Capitula conventualia ac etiam Provincialia statutis temporibus indicendi pro Superiorum, et Officialium electionibus, aliisque de more peragendis, iisque sive per se, sive per convisitatores si id tamen expedire videbitur, praesidendi absque suffragio, eadem etiam Capitula prorogandi, ac ad tempus, si opus fuerit suspendendi, et interim deputandi eos, qui aut regere aut gerere possint.

9. Dispensandi ab Interstitiis in statutis, aut Constitutionibus Ordinum praescriptis pro prorogatione aut confirmatione in Officiis, aut muneribus.

10. Superiores electos confirmandi, eorum electiones, si aliquo vitio (excepto Simoniaco) laborent, sanandi, eosdemque ab Officiis et Dignitatibus ad tempus suspendendi, idemque etiam faciendi circa Ministros Officiales, aliosque munera in Religione exercentes. Quoad depositionem vero, aut privationem ab Officiis Superiorum canonice electorum recurrendum erit ad S. Apostolicam Sedem.

11. Regulares delinquentes corrigendi, et puniendi, et juxta canonicas sanctiones et Regularia Instituta, incorrigibiles vero ejiciendi, sive expellendi, servato tamen ordine juris ad tramites constitutionum Apostolicarum.

12. Processus conficiendi, Decreta interponendi, sententias proferendi, reservata appellatione in devolutivo tantum ad S. Apostolicam Sedem.

13. Absolvendi a suspensione vocis activae, ac passivae quomodolibet incursa, nisi ob delicta S. Sedi reservata.

14. Adprobandi, ac deputandi Religiosos ad audiendas confessiones Regularium, ac licentiam impertiendi, ut etiam apud Sacerdotes Regulares aliorum Ordinum, aut apud Sacerdotes saeculares idoneos Religiosi possint exomologesim sacramentaliter peragere.

15. Absolvendi Regulares ab omnibus casibus et censuris, a quibus Superiores etiam Majores Ordinum absolvere possunt.

Omnes et singulas enunciatas Facultates SS^{mus} D^{nus} Noster, Gregorius, Divina Providentia Papa XVI. in audientia diei 16. Septembris 1834 de sua plenitudine Potestatis benigne adprobavit, ac

eiusdem tenoris, ut supra, expediri mandavit. Datum Romae ex Sacra Congregatione super Disciplina Regulari. Die 23 Septembris 1834.

A. Card. Lambruschini Praefectus.

C. Acton S.C. a Secret.

Nº 3. *In relatione Status Regularium ad S. Congreg. super disciplina regulari transmittenda sequentia erunt exponenda.*

1. Numerus Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum, Domorum, Hospitiorum, Granciarum, Eremorum cujuscumque Ordinis, Congregationis aut Instituti : exprimendo eorum situs, in quam dioecesi extent, an in Civitatibus, in Oppidis, in Pagis, aut remote ab habitationibus saecularium in rure positi : referendo etiam quonam modo singulorum regimini fuerit provisum ?

2. Status materialis Fabricae Ecclesiae, aut Coenobii, et an clausura observetur ?

3. Status Ecclesiae an sit Parochialis ? an ibidem servatis servandis, administrantur Fidelibus sacramenta, et fiant Conciones ad populum ? divina officia, ac Missa rite celebrentur ? an oneribus Missarum, aliisque a Fundatoribus ac Benefactoribus injunctis satisfiat ? et an de dictis oneribus Tabella in sacristia retineatur, juxta praescriptum in Decretis Urbani VIII et Innocentii XII ?

4. Numerus Sacerdotum, Clericorum, Laicorum ac Conversorum, ac Novitiorum si adsint.

5. Redditus, aut eleemosynae, unde Religiosi alii ac sustentari possint.

6. An Religiosi exerceant aliqua pietatis officia aut alia munera extra claustra, sive apud Moniales (et cum debita licentia) sive apud hospitalia, Carceres, Collegia aut Gymnasia f.c. vel etiam an in aliquo munere ab Episcopis eorum opera postuletur ?

7. An vigeat regularis observantia ? praesertim an Religiosi choris assidue intersint, Orationi mentali vacent, casuum conscientiae discussiones habeant, Doctrinam christianam exponant, Conciones inter se ad excitandam jugiter Votorum, quibus sese altissimo famulari perpetuo consecrarunt, memoriam et an in Exercitiis spiritualibus, etiam quotannis, aliquos dies impendant ?

8. An floreat studia et lectores rite sua munera obeant ? et praesertim an se aptent juvenes ad Fidei dogmata fortiter propugnanda, ad controversias cum heterodoxis sustinendas, ad sacramenta fidelibus

cum fructu administranda, aliaque sacri ministerii obeunda, quae locorum ac temporum rationes magis prodesse ostendunt?

9. An novitii caute recipiantur, rite educantur et ad solemnem professionem nonnisi expleto probationis tempore, aliisque de jure servandis servatis, admittantur?

10. An magistri Novitiorum sint aetate ac moribus ita praediti, ut Novitios bene educare valeant? an iidem alumnos suos rite instruere, praesertim circa Regulas, ac Constitutiones Ordinis, satagant?

11. An unusquisque Novitiorum habeat separatam cellam, et an sint omnes a caeteris segregati?

12. An religiosi sint bonis instructi moribus et regularis observantiae tenaces?

13. An legantur statutis temporibus Constitutiones Apostolicae, ac Decreta SS. CC. quae quotannis legi praescribunt?

14. An postulata quaedam habeat proponenda?

Nº 4. *Praecipua Capita Inquisitionis in Visitatione Regularium instituendae*

In unoquoque Coenobio inquiratur :

1. Quis sit numerus Religiosorum?

2. An Divina Officia rite ac debito tempore persolvantur?

3. An oratio mentalis ab omnibus frequentetur?

4. An Constitutiones ac Regulae ab omnibus observentur?

5. An Missa Conventualis aut solemnis celebretur?

6. An in Missis observentur Caeremoniae Ecclesiasticae? et an aliquis Religiosus defectuosus sit in celebratione Missae?

7. An satisfiat oneribus Missarum, Anniversariorum, Officiorum, aliarumque Obligationum Fundatoribus, aut Benefactoribus injunctis? Et an de dictis oneribus servetur in Sacristia Tabella juxta praescriptum Decretorum Urbani VIII et Innocentii XII?

8. An recipiantur Missae supra vires? Et an quovis mense fiat computa eleemosynarum pro Missis, et rationes reddantur de earumdem celebratione?

9. An adsint Libri, ubi notentur Missae celebrandae, et celebratae? An hi rite custodiantur, et statutis temporibus perscrutentur?

10. An omnes convenient in Refectorio, et communi victu utantur?

11. An servantur jejunia Ecclesiae et Regulae?

12. An Superiores recte impleant officium suum?

13. An infirmi charitative tractentur, et an necessaria eisdem administrantur?

14. An bona, redditus, aut eleemosynae conventus in ejusdem utilitatem, et Fratrum commoda expendantur? an computa statutis temporibus tradantur, ut examini subijciantur, ac dati et accepti habeatur ratio?

15. An Religiosi sint omnes bonis imbuti moribus, vel sit aliquis, qui admonitionis, vel etiam correctionis indigeat?

16. An clausura materialiter, ac formaliter observetur?

17. An egrediantur Religiosi sine Superioribus licentia? aut aliquis sine socio?

18. An nimium frequentent domos saecularium?

19. An recipiantur in Conventu homines facinorosi?

20. An in cellis conserventur arma?

21. An ante aetatem a Sa. Me. Clementis X. praescriptam recipiantur juvenes intra claustra?

22. An novitii (si adsint) vivant, et educantur ad formam Decretorum Clementis VIII. editorum pro Reformatione Regularium?

23. An eorundem vocationes caute ac diligenter experiantur?

24. An lectores et Magistri (si adsint) suum officium diligenter impleant cum Studentium profectu?

25. An Superiores studia promoveant, Lectoribus et Studentibus faveant?

26. An clerici diligenter examinentur ante susceptionem Ordinum? Et an in adprobationem sacerdotum ad confessarii, aut Concionatoris munera suscipienda observentur Decreta S. Concilii Tridentini, aliaque per Constitutiones Apostolicas aut Ordinum praescripta?

27. An fiant praescriptis diebus a Sacerdotibus, et Clericis Lectiones Sacrae Scripturae et resolutiones casuum conscientiae?

28. An singulis diebus dominicis vel aliis inter hebdomadam fiat Doctrina Laicis juxta praescriptum a Sacra Congregatione?

29. An fiant Conciones ad regularem disciplinam excitandam?

30. An statutis temporibus legantur in publica mensa decreta et Constitutiones Aplicae, quae legi quotannis debeant?

31. An Clerici ac Laici Sacramenta frequentent?

32. An fiant Capitula Conventualia, quae fieri praescribuntur?

33. An causae majoris momenti examinentur, ac expediantur de consilio Patrum graviorum?

34. An ab omnibus quotannis peragantur Exercitia spiritualia?

35. An sit aliquid, quod correctione aut reformatione dignum sit?

36. An aliquis Religiosorum commiserit crimina, propter quae sit S. Apostolicae Sedi, vel Episcopis (tamquam Inquisitorum munere fungentibus) denuntiandus?

Nº 5. *Quaesita quorum Responsa S. C. ab Illmo ac Rmo D. Visitatore Apostolico Regularium in Belgio exspectat.*

II. *De Canonicis Regularibus Ordinis Praemonstratensis.*

1. Quot sint ejusdem Ordinis Canonici?
2. Quales habeant in praesentiarum redditus, vel postea habere poterint?
3. Utrum expediat Novitiatum concedere Domui Averbodiensi, ac Domui Grimbergensi?
4. Utrum Ecclesia Averbodiensis habeat adnexam curam Animarum?
5. Utrum aliae Ecclesiae Parochiales, ubi cura animarum nunc exerceatur per Canonicos Regulares sint vicinae Monasteriis Averbodiensi, ac Grimbergensi?
6. Utrum in praedictis Parochiis Canonici fuerint per Superiores, vel per Ordinarium instituti?
7. Utrum hactenus aliquid juris exercitum fuerit ab Episcopis circa deputationem, aut electionem Vicariorum, Oeconomorum, aut Parochorum in Parochiis Regularium?
8. Utrum conciliari posset cum Episcoporum in praesentiarum jurisdictione facultas Canonicis in precibus implorata?

Nº 6. *Responsa ad varia quaesita a Redmo D. Corselis.*

Brugis, die 3 mensis Februarii 1836

Admodum Reverende D. Superior,

Die illa currentis anni, accepi litteras ab Emintssmo Dno Praefecto Sacrae Congregationis super Regularium Disciplina, quibus dignatus est respondere ad varia petita, quae sub data 5. Augusti 1832 ad Sanctissimum Patrem direxeritis, et quorum expositionem ego 28 Julii 1835 renovavam.

Ad primum plenissime satisfactum per acta redintegrationis, quae cum hisce litteris ad venerabilem communitatem vestram transmittito.

Ad 2um pariter per haec verba Epistolae Em. Dni Praefecti: « Ap-

prime autem Praemonstratensi Familiae consultum est, constituto ad Tyronum Sedem Averbodiensi Monasterio, quod deinceps si frequentioribus candidatis excipiendis impar inspicias, jus tibi sit, aliud praeterea assignare, quod in tantum finem, quanti stat optima alumnorum in Religionis spem adolescentium institutio, magis accommodatum nactus sis». — E dictis verbis patet, Novitiatum pro vestris et caeterarum Abbatiarum alumnis elabente anno 1834 inchoatum a S. Sede Apostolica approbatum esse : et praeterea mihi factam potestatem, dum domus vestra non erit sufficiens omnibus recipiendis, aliud insuper pro novitiatu assignandi Monasterium.

Ad 3um respondit Em. Dnus in haec verba : « Tui porro muneris sit, advigilare, ut quae legibus Ordinis praestituta sunt, tempora de Tyrocinio vel de studiorum cursu, vel de aliis id genus causis rite accurateque traducantur : non enim Sanctissimo Domino Nostro adridet hisce postulationibus annuere, nisi vel necessitas, vel conditio personae aetate, Sacerdotio, doctrinae morumque innocentia, et animi constantia spectatae identidem postularit ». - Ex ipsis verbis concludo, casu ejusmodi eveniente, pro dispensatione singula vice ad S. Apostolicam Sedem fore recurrendum.

Ad 4um et 5um sic ait : « Caeterum quas sciscitaris facultates Tibi collatas denuncio, tum ut aliquod a Tyronibus stipendium in victus cultusque impensas praefinias, cum ut ex cantu, aliisque sacrorum procuracionem respicientibus regulis quidpiam minus grave deroges, si in certum tempus ita expedire censueris, tum denique coenobia, ipsorumque bona ac fundi jure legitimo emanant, redimanturque, aliive contractus de iisdem ex juris norma peragantur ».

Ad 6um et 7um : « De Parochiis vero quae olim a Religiosis Familiis vel regebantur, atque in praesens ex illarum extinctione pleno jure parent Ordinariis, nihil post sancitam anno 1801. conventionem immutandam videtur neque ut libere, quod sentio, proponam, censerem e Religiosorum re esse, quaestiones de hac re cum Antistitibus movere ».

Tandem attentioni vestrae multum commendo observationem practicam iisdem Em. Cardinalis Polidori S.C. Praefecti litteris hisce verbis propositam : « Singulari, qua praestas, religioni etiam atque commendo, ut collatis cum Ordinum Praesidibus consiliis in id maxime incumbas, ut pauciores potius extent Religiosi, qui tamen ex Ordinis institutis sancte casteque vitam componant, quam numero plures, qui multiplicata licet gente non magnificent laetitiam ».

Haec sunt quae ad directionem vestram e litteris Emin. mi Domini praememorati extracta Ven. Dominationi Vestrae communicanda

habui, quod dum cum gaudio praesto, quaecumque salutaria vobis renacentique S. Communitati vestrae a Domino precor et in omnimoda veneratione subscribor.

Vester humillimus ac obsequentissimus famulus

F.T. Corselis, Visit. et Deleg. Apost. Ord. Reg. in Belgio.

(Papieren - Corselis, C 562, I repertorium, p. 39-40). (in archief bisdom Brugge, C 550 - 5569).

Nr 7. *Uit een brief van nuntius Fornari (Parijs) aan nuntius Pecci, te Brussel, dd. 24 juni 1844*

« Je crois que l'affaire est très délicate. Mgr. Corselis fut proposé en 1834 comme le plus apte à devenir visiteur général de tous les ordres religieux en Belgique. En fait, c'est un prélat très digne de respect pour sa très grande piété, pour son zèle, et pour sa doctrine. Mais, il a le défaut de tout le clergé belge, il ne sait pas ce que sont les ordres religieux ; - ni ce que sont les privilèges des réguliers - quoique maintenant on peut dire qu'il a appris ce que disent les dispositions du Droit Canon et des Constitutions pontificales. Il est le vicaire-général de l'Évêque de Bruges et il a un respect infini pour l'autorité épiscopale, pour celui par qui il se laisse dominer (non par l'Évêque de Bruges qui est très porté pour les réguliers) mais par les évêques et en particulier par l'archevêque de Malines qui ne connaît pas même ce que signifie le nom de « régulier », et qui croit que les religieux doivent dépendre en tout et pour tout des Évêques, comme le dernier séminariste. C'est lui qui s'oppose à la propagation des ordres réguliers en Belgique. Cette aveugle dépendance de Mgr. Corselis aux évêques, est la cause de tous les troubles dont se plaint le R.P. Van Ommeren, supérieur de l'Abbaye de St. Bernard de Bornhem, troubles qui sont très vrais et réels, et dans l'exposé duquel il n'y a aucune exagération, mais qui prouvent une chose : c'est que le bon Mgr. Corselis, malgré sa grande piété et son grand zèle, n'est pas tout à fait à la hauteur de la grande mission qui lui a été confiée. Pour exercer les pouvoirs très étendus qui lui ont été confiés (pouvoirs qui égalent les pouvoirs de tous les généraux des ordres, de telle sorte qu'il est en Belgique le Pape des réguliers - le Nonce même n'a rien à voir avec eux) il vous faudrait un homme de grand savoir, de très grande énergie et d'une grande force de caractère qui pourrait résister

aux évêques - mais alors ce serait une guerre continuelle et de très graves désordres naîtraient. Je suis d'avis et (c'est que je me préparais à répondre aux demandes de la Congrégation) qu'il est désormais temps de restituer la juridiction aux généraux des différents ordres, qui auraient les moyens et la force de résister aux Evêques. Mais cela même, je vois que c'est une chose très délicate. C'est ainsi lorsque la Congrégation des Evêques et des Réguliers m'écrivit que les cinq abbayes de chanoines prémontrés avaient demandé de m'avoir pour général de l'ordre, et me demanda mon consentement, connaissant la gravité de l'affaire, la grande responsabilité qu'on voulait me donner, les guerres qu'inévitablement j'aurais dû soutenir avec les évêques et par dessus tout mon insuffisance, j'ai pensé qu'il valait mieux ne pas répondre - et ainsi la chose resta comme elle était auparavant. Ce qui est certain : c'est que aussi longtemps que les maisons religieuses belges seront enlevées à la juridiction de leurs supérieurs généraux, et pour ainsi dire, abandonnées à elles-mêmes, elles ne pourront jamais prospérer. Il y a aussi quelques ordres qui ne pourraient peut-être pas s'y assujettir comme les Cisterciens, les Bénédictins, etc... En ce qui regarde les religieux ils sont tous en général excellents à l'exception des Capucins de Bruges ou il y a à redire. Quant à ce P. Van Ommeren, qui a écrit à Mgr. Corselis, c'est un très bon religieux ».

(A. SIMON, *Lettres de Pecci* (1843-1846)). (Analecta Vaticano - Belgica, II, C; Nontiatore de Bruxelles). Brussel - Parijs, 1959. pp. 117-118.

Nr 8. *Rescript van de Congregatie van de Bishoppen en Regulieren, 10 juni 1845*

Perillustris ac Rme Domine uti Frater. -Inter gravissimas curas et sollicitudines quibus in regimine Ecclesiae SSmus Dnus Noster Gregorius PP. XVI quotidie detinetur oculos suos etiam ad Regularium familias convertit ut illis consulat earumque incremento prospiciat. Cum igitur acceperit valde conducere ad bonum Monasteriorum Canonorum Regularium Praemonstratensium in Belgica ditone existentium si Amplitudo Tua in Apostolica illorum visitatione peragenda et in eorumdem negotiis pertractandis Convisitatores seu Vicarios ex ipsis Canonicis praemonstratensibus adhibeat, Tibi significandum esse jussit ut quatenus inter Praemonstratenses idonei

habeantur Canonici ad Praefatum munus rite obeundum ex illis pro eorum Monasteriis convisitatores seu vicarios assumas qui Amplitudini Tuae adjutricem operam praestare possint. Dum autem Sanctitatis Suae mentem Amplitudini Tuae communico prospera cuncta adprecor a Domino.

Amplitudinis Tuae

Addictissimus uti Frater

P. Card. Ostinius Praef.

Romae 10 Junii 1845.

(Arch. bisdom Brugge : Papieren - Corselis, C 564, I).

Nr 9. *Brief van nuntius Gonella aan Corselis, dd. 28 oktober 1850.*

Illustrissime ac Reverendissime Domine,

Minime ignorat S. D.N. Pius Papa IX exantlatos a te, Ill. et Rme Domine, labores pro Ordinibus Regularibus in Belgio existentibus, et quam bene tot annis nec ulli parcens labori in munus honorificum Visitoris Apostolici incubuisti. Summo insuper animi gaudio conspexit res ad ordines Regulares pertinentes quotidie tua industria prosperare. Ad manus etiam habuit non nullas relationes, quas anteactis temporibus ad S. Sedem mittere voluisti, quae quidem relationes statum, ut ita dicam, materialem Ordinum Regularium in lucem ponunt. Verum pro summa sua sollicitudine erga praedictos Ordines, cupit Summus Pontifex noscere non solum statum materialem, sed etiam formalem, nempe ea omnia quae spectant ad spiritum religiosum, ad observantiam regularem proprii instituti, ad scientiam necessariam in iis qui in Ordinibus Sacris constituti sunt, et quae media habeant ad scientiam praecipue sacram adipiscendam ii qui ordinibus sacris initiari cupiunt : item acta omnia Sacrae Visitationis, idque juxta quod tibi praescriptum fuerat. Sancta enim Sedes cupiebat hanc generalem relationem ante quam ad finem perduceretur Sacra Visitatio, et etiam prius si res ita postulabat. Ideoque mihi commisit tibi significare ut brevi quo decet temporis spatio, hanc generalem relationem a die incoeptae visitationis, nempe ab anno 1834 ad haec usque tempora, S. Sedi transmittas.

Vidit etiam Summus Pontifex litteras quibuscum exorabas ut dictum munus Visitoris Apostolici Ordinum Regularium, in coadjutorem concederet D. Joannem Ignatium Scherpereel, virum omni commendatione dignum. Vellet quidem Sanctitas Sua tuam supplicem instan-

tiam benigna dignatione suscipere; attamen cum rerum circumstantiae aliud exigere videantur Sanctissimus D.N. in mandatis etiam mihi dedit notum tibi facere quod si adhuc in voluntate manes tantum onus a te tam bene adimpletum non amplius sustinere, tunc mallet te pure et simpliciter renunciare muneri quod communi omnium satisfactione tot annis sustinuisti ut constituere possit modum quo res Regularium quam optime imposterum providetur.

Dum autem expecto tuas litteras quae de superius expositis certiore faciant, nihil aliud restat nisi ut omni venerationis cultu ex animo subscribam.

Illmi ac Rmi Domini obsequus famulus

† M.E. Archiep. Neocesariensis
nuntius apostol.

Bruxellis die 28 octobris 1850.

(Archief bisdom Brugge : Papieren - Corselis, C 562, II).

Nr 10. *Brief van nuntius Gonella aan Corselis*

Bruxellis die 28. Decembris 1850.

Illme et Rme Domine,

Romam a me missa fuit epistola Reverentiae tuae (data sub die 9 Novembris 1850) exhibens tuam renunciationem ab officio Visitoratoris et Delegati Apostolici Ordinum Regularium in ditone Belgica existentium, quae renunciatio ab Emo Cardinali a Secretis Summo Pontifici exhibita fuit. Sanctitas Sua apprime noscit Reverentiam Tuam tot annis et communi omnium satisfactione dictum munus eximie et maximo Regularium bono et incremento adimplevisse, attamen considerans aliquod levamen necessarium esse multiplicibus laboribus quos tam egregie sustinuisti, et rationabilem esse causam ob quam Reverentia tua postulet non amplius portare tantum onus, laudans insuper operam quam tam solerti cura Reverentia Tua exhibuit, et cupiens tuis desideriis satisfacere, renunciationem a Te datam acceptat; verum Summus Pontifex cupit ut ab officio Visitoratoris Apostolici Ordinum Regularium tam bene adimpleto Reverentia Tua non cesset donec de successore tuo a S. Sede provisum fuerit.

Dum fausta omnia precor omni venerationis cultu et animo subscribo.

Illmi et Rmi Domini

† M.F. Archiep. Neocesariensis
Nuntius apostol.

(Archief - bisdom Brugge : Papieren - Corselis, C 562, II).